



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XLI. Markgraf Ludwig der Römer ertheilt der Stadt Soldin das Privilegium,  
daß alle Fuhrwerke zwischen Landsberg a. d. W. und Pyritz über Soldin  
gehen sollen, am 6. März 1352.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Lande vnser vorfarn vnd vnser Broder vorgeannt van alder gehat hebben, dar wille wie sie by laten vnd neynerley wifs mer beplichten edder beschwern. In cujus testimonium etc. Datum Soldin, Anno MCCCLII, dominica invocavit.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 94.

XLI. Markgraf Ludwig der Römer ertheilt der Stadt Soldin das Privilegium, daß alle Fuhrwerke zwischen Landsberg a. d. W. und Pyritz über Soldin gehen sollen, am 6. März 1352.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. talem gratiam fecimus et presentibus facimus speciale consulibus et universitati presentibus et futuris in Soldin, fidelibus nostris dilectis, quod omnes vectores et mercatores transeuntes cum curribus per terras de civitate nostra nova Landesberg per civitatem piritz usque ad terras et civitates illustrissimorum principum avunculorum nostrorum carissimorum, ducum Stettinensium, debeant transire per civitatem nostram Soldin et similiter in reditu, cum redibunt transeundo per dictam civitatem piritz de terra et civitatibus predictorum debeant eciam transire per civitatem nostram Soldin et non alibi, dummodo non sit contrarium aliis nostris civitatibus transoderanis et aliis civitatibus nostris et eciam ullum prejudicium generetur vel faciet nobis in nostris theloniis et conductibus ad nos pertinentibus de jure vel antiquo. Quod si fuerit vel contingerit, ex tunc reservamus nobis potestatem liberam, dictam gratiam revocandi. Et si forte aliqui vectores vel mercatores alias transire vellent et non per civitatem predictam, per advocaciam terre nostre et civitatis predictae poterunt taliter puniri et mulctari, secundum beneplacitum et arbitrium nostri advocati, quod una pars pene cedere debet nobis et altera predictae civitati: et si quis vectorum velit suo juramento firmare, quod ei transitus predictus non fuerit notificatus, quod, ut predictum, transire deberet per civitatem Soldin, is impunito et libere transire debet. Unde omnibus advocatis et officiais nostris quibuscunque, qui pro tempore fuerint, discrete precepimus et mandamus, quatenus predictos consules et universitatem nostram in dicta gracia conservent per modum, ut supra dicitur, taliter, quod ea libere perpetue perfruatur presentium testimonio literarum. Presentibus H. et G. comitibus de Swartzburg, Johanne de Kothbus, Henrico de Wedel feniore, haffone de Valkenburg, Ost, militibus, ottone Morner, preposito Soldinenfi, Anno MCCCLII, feria III ante dominicam oculi.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives fol. 94.